Premislien quaecumque sibi elegerit ex officio praesenti addit. Dataque ipsi reali
introitu et actuali pacificaque possessione eandem per se vel submissas
atque subordinatas personas denegare et praepedire non debet sub simili
vago Quadringentorum et vinus florenorum pecuniae. Per ipsum Joannem
Glyewiczki et eius successores bona praefata tenere et possidere modo obli-
gatorio cum omni jure domino ac proprietate et cum omnibus eorundem bonorum
attinentiis pertinentibus fructibus proventibus atque utilitatibus quatenus
universis quibuscumque dicantur nominibus ac cognominibus nihil excipi-
endo neque reservando ab accepta introitu ad festum Nativitatis Christi
proxime venturum et in defectu protunc exemptionis ad aliud simi-
le festum Nativitatis Christi proximum et sic de anno ad annum usque
ad exemptionem et summae praefatae plenariam contingenti persolutionem
in cursu terrae. Et debet actum tribuere praefatus Andreas Mroczek
et se praesentem cum suis successoribus super bonis suis omnibus inscribit et obli-
gat eundem Joannem Glyewiczki et eius successores in dictis bonis
ab omni quavis impeditione invidia quarumvis personarum sexus status
ac conditionis cuiuscumque existentibus nec non ab omnibus iuribus et inscri-
ptionibus prioribus et posterioribus debitis vincunt reformatio-
nibus dotum et dotalitiorum adnitalitatumque cuiuscumque personarum fa-
ctis et faciendis tum a quovis processu iuris tantum quantum necessarium fue-
rit lucri defendere intendere et liberare pacificare bonaque praedicta
munda et libera facere sub simili et speciali vago Quadringentorum
et vinus florenorum pecuniae. Porro etiam praefatus Andreas Mroczek
se et suos successores super bonis suis inscribit et obligat praesentem inscri-
ptionem castrensem Premislien ex his actis castrensem Premislien ad
acta terrae Premislien ad primos vel secundos terminos terrae
Premislien sub hac vel meliori forma transferre et transportare
sub simili vago Quadringentorum et vinus florenorum pecuniae.
Pro quibus quidem vago et vagis quacumque ex causa succumbitur et
succumbendo sese praefatus Andreas Mroczek cum suis successoribus
eidem Joanni Glyewiczki et eius successoribus ad dictum terrae vel
castrensem Premislien aut etiam ad officium capitalem castrensem Premisli-
en citare permiserit et permiserit. Extunc omissa quavis iurisdictione
competenti foroque proprio et in illo iudicio seu officio ad quod citatus fuerit
et successores fuerint in primo citationis termino tanquam peremptorio omni
die et tempore stare parere rendere ac per ipso vago ad iudicio seu officio non
recedere satisfacere debet et eius successores tribuunt terminum praesen-
tem primum tanquam peremptorium nulla re exquisita nec collorem ex-
cogitato neque indulto neque extraindulto dera vel simplici infirmi-
tatibus actione per motorem in cursu hostium aura pestifera litis
regalibus bello expeditione bellica connectione cinali vel
particulari et aliis quibusvis legalibus impedimentis non diffe-
rendo nec prolongando atque se excipiendo evasionibus praescriptionibus
et dilationibus quibusvis de iure dari solitis adeeretis quibus

nis nullas motiones et appellationes facientes ad easque prosequendum non admittantur pena
trium marcarum et triplici pena fori vagum non evadendo ad quietem dilationem
non petendo. Qualiter nihil sibi in auxilium contra praesentem inscriptionem et eius defectum
recipiendo sive et suorum successorum sub amissione totius causae vel solutionis
praefatae vagi et vagorum. Quo vel quibus solutis utique praesentem inscriptionem
et omnibus in ea contentis praefatus Andreas Mroczek cum suis successoribus
satisfacere debet et eius successores tribuunt tantum quantum necessarium fuerit nul-
la praescriptione terrae in praemissis obstante super quo memoriale solutum est officio
praesenti.

Idem ter Sokolniczki

Stans personaliter coram officio castrensi Premislien et actis
praesentibus nobilis Andreas Mroczek residens ad ipsum terrae foroque
competenti et huic praesenti iurisdictioni castrensi Premislien se et suos successores
cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum effectumque praesentis inscri-
ptionis incorporando ac inviscerando mente et corpore sanus existens
publice palam recognovit. Quia nobili Joanni Szokolniczki et eius
successoribus tenetur et est debitus certi veri legitimi mutui debiti centum
et decem florenos pecuniae mon. polonicalis dare solvere realiter et in effectu
in castro Premislien circa acta castrensia praesentia pro die et festo sancti
Joannis Baptistae proxime venturo reponere repositaque remanere nec
omnino sub vago simili summae centum et decem florenorum pecuniae iterum
exfideiubere vel quovismodo arestare et detinere casu vero quod si et
in quantum praefatus Andreas Mroczek cum suis successoribus praefatus centum
et decem florenos pecuniae eidem Joanni Szokolniczki et eius successoribus
pro die et tempore praefato non solverit aut solvere neglexerit extunc
in crastino eiusdem festi debet actum tribuere praesentemque se ac suos successores
super bonis suis inscribit et obligat eidem Joanni Szokolniczki et eius
successoribus dare et admittere realem introitum et actualem pacificamque
possessionem in bona tenute sue. Quae tenet modo obligatorio in certa
summa pecuniae sibi obligatis per quosdam Hieronimum Klophas vel
in tres cinctiones possessionatos bene et medium lanen agrum vil-
la et hereditate Trussowicze iacentes et sitas per ministerialem ter-
restrem Premislien quemcumque ita extunc additum sub vago simili summae
centum et decem florenorum pecuniae. Dataque ipsi reali introitu et actua-
li pacificaque possessione debet et tribuere idem Andreas Mroczek praesentemque
se ac suos successores super bonis suis omnibus inscribit et obligat
eundem Joannem Szokolniczki et eius successores in dictis bonis ab omni
quavis impeditione invidia quarumvis personarum sexus status ac con-
ditionis cuiuscumque existentibus nec non ab omnibus iuribus et inscriptionibus
prioribus et posterioribus debitis vincunt reformationibus dotum et
dotalitiorum adnitalitatumque tam mutuarum quam divisarum cuiuscumque
personarum factis et faciendis tum etiam a quovis processu iuris tantum

Lithinsky obligat Lithinsky